



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Carta del Emmo. Card., Comisario de la Cruzada, y decreto del Prelado diocesano sobre publicación de la Santa Bula. — II. *De tenenda doctrina D. Thomae Aquinatis ab alumni Societatis Jesu.* — III. Circulares de la Secretaría de Cámara: a) Recordando la colecta de 1.ª Epifanía. b) Sobre plantaciones de arbolado. — IV. Real orden del Ministerio de Gracia y Justicia, aclaratoria para la provisión de piezas eclesiásticas en los Cabildos Catedrales. — V. *Collatio moralis et de re liturgica, pro mense Januarii.* — VI. Nómina de ordenandos en las últimas Témperas. — VII. Bibliografía.

CIRIACO MARIA, POR LA MISERICORDIA DIVINA,

DEL TÍTULO DE SAN PEDRO IN MONTORIO, IN URBE, DE LA SANTA ROMANA IGLESIA, PRESBITERO CARDENAL SANCHA Y HERVÁS, PATRIARCA DE LAS INDIAS OCCIDENTALES, ARZOBISPO DE TOLEDO, PRIMADO DE LAS ESPAÑAS, CAPELLÁN MAYOR DE S. M., VICARIO GENERAL DE LOS EJÉRCITOS NACIONALES, CABALLERO DEL COLLAR DE LA REAL Y DISTINGUIDA ORDEN DE CARLOS III Y CONDECORADO CON LA GRAN CRUZ DE ISABEL LA CATÓLICA, SENADOR DEL REINO, COMISARIO GENERAL APOSTÓLICO DE LA SANTA CRUZADA, ETCÉTERA, ETC.

A Vos, nuestro Venerable Hermano en Cristo Padre, Excelentísimo é Ilmo. Sr. Obispo de la diócesis de Salamanca,

Salud y gracia en Nuestro Señor Jesucristo.

Por cuanto la Santidad de Leon XIII, que felizmente rige la Iglesia, se dignó prorrogar, con fecha diez y siete de Mayo de mil ochocientos noventa, por el tiempo de doce años la

Bula de la Santa Cruzada, y con fecha de doce de Abril de mil ochocientos noventa y siete por diez años la del Indulto Cuadregesimal, bajo las bases de que el producto de la primera se había de destinar á las atenciones del culto divino, y el de la segunda á obras de caridad y beneficencia, y que los Sres. Obispos fuesen administradores natos, sin dependencia alguna laical, en sus respectivas diócesis.

Por tanto, daréis las disposiciones que creáis convenientes para que en vuestra Iglesia Catedral sea recibida dicha Santa Bula y publicada con la solemnidad que corresponde, á cuyo objeto os remitimos el adjunto Sumario de las facultades, Indulgencias y privilegios otorgados por aquella concesión apostólica. Asimismo dispondréis que los Sres. Curas párrocos de vuestra diócesis hagan la predicación en el tiempo y forma que sea de costumbre, y para que las personas que nombráreis para la expendición de Sumarios y colectación de limosnas se arreglen á las instrucciones que les diéreis.

La limosna que está señalada para cada clase de Sumarios es la que en los mismos se expresa, y que deben satisfacer las personas que los tomaren, según sus categorías sociales y renta de que disfruten, quedando derogados cualquier privilegio ó costumbre en contrario. Por la Bula de Ilustres, *cuatro pesetas cincuenta céntimos*. Por la común de Vivos, *setenta y cinco céntimos de peseta*. Por la de Difuntos, *setenta y cinco céntimos de peseta*. Por la de Composición, *una peseta quince céntimos*. Por la de Lacticinios de primera clase, *seis pesetas setenta y cinco céntimos*. Por la de segunda clase, *dos pesetas veinticinco céntimos*. Por la de tercera, *una peseta quince céntimos*. Por la de cuarta clase, *cincuenta céntimos*. Por la de Indulto cuadregesimal de primera clase, *nueve pesetas*. Por la de segunda clase, *tres pesetas*. Por la de tercera clase, *cincuenta céntimos*.

Dado en Toledo á siete de Noviembre de mil ochocientos noventa y ocho.

EL CARDENAL SANCHA,
Comisario General Apostólico de la Santa Cruzada.

Por mandado de Su Emcia. Rvdma.,
El Comisario General de la Santa Cruzada,
EDUARDO MORENO CABALLERO,
Secretario.

*
**

En virtud del documento que precede, por Nos aceptado con los respetos debidos, hemos dispuesto que se haga solemnemente la predicación y promulgación de la Santa Bula en nuestra Catedral Basílica en la Dominica de Septuagésima, 29 del próximo mes de Enero.

En las demás parroquias del Obispado se hará en los días y la forma acostumbrados.

Una vez más esperamos del cielo de los Sres. Párrocos y Encargados de parroquias, hagan entender á sus feligreses la benignidad de nuestro Santísimo Padre el Papa, al otorgar á los españoles tan singulares privilegios como encierra la Santa Bula, y les exciten á que se provean de ella, después de instruirles oportunamente en cuanto á este asunto se refiere.

† EL OBISPO DE SALAMANCA.

DE TENENDA DOCTRINA D. THOMÆ AQUINATIS

AB ALUMNIS SOCIETATIS JESU

LEO PP. XIII

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Gravissime Nos, pro apostolico officio, infesta Ecclesiae tempora atque humanæ societatis in maximis rebus quasi

naufragium, sub ipsa pontificatus exordia, reputantes, praecipuam tanti exitii causam in eo agnovimus quod certis iis principiis institutisque, quibus ad christianam fidem munitur via, neglectis passim et prope contemptis, libido invaluisse novarum rerum, quae, per speciem progredientis doctrinae, sapientiae a Deo traditae obsisteret et repugnaret. Neque ita laboriosum fuit opportuna indicare remedia, fontes nimirum germanae doctrinae male desertos repeti oportere. Id Nos primum litteris datis encyclicis *Aeterni Patris* praestitimus; pluribus deinde auctoritatis Nostrae actis, atque privatis etiam cum Episcopis et moderatoribus religiosorum Ordinum colloquiis idem saepius confirmavimus, deliberatum Nobis esse et constitutum doctrinam Sancti Thomae Aquinatis in scholas omnes revocare; eam nempe doctrinam quam ample Romanorum Pontificum sacrorumque Conciliorum laudes commendant, et qua, suffragante saeculorum voce, nihil solidius possit aut fructuosius optari.—Rem Nos moliri et negotii et laboris plenam omnino intelleximus, quum tanti referret quanti graviorum disciplinarum poene omnium instaurare rationem: eam tamen maturare et urgere contendimus, opera etiam Ordinum religiosorum valde confisi, quorum explorata virtus nihil profecto neque ingenio neque viribus parceret ad consilia Nostra juvanda et perficienda. Quo quidem in numero deesse non poterat inclyta Societas Jesu, quippe quae et late pateat in Ecclesia et studiis deditam juventutem suoapte praescripto habeat excolendam: alebantque in Nobis expectationem non modo perpetua testimonia summae ejus pietatis in hanc Apostolicam Sedem, sed propriae ipsius sacratae leges, quibus alumni sapientiam Aquinatis persequi et profiteri tenentur.—Ea igitur mente ut Societas Jesu in proposito tam praeclaro fidelissime constet, atque locum cum primis teneat in ea, cui tantopere studemus, doctrina vera tuenda et propaganda, visum est easdem Societatis leges, prout in Constitutionibus Ignatii Patris, in decretis Congregationum generalium, in mandatis Praepositorum habentur in summam quamdam conferre, easque firmas atque in per,

petuum ratas suprema auctoritate Nostra declarare. Quo etiam fiet ut, si quae forte speciosae causae vel inductae consuetudinis aliqua ex parte contrariae, vel minus rectae interpretationis resideant, eis penitus sublatis, regula et norma statuatur a Nobis certa, stabilis, definita.

Quod primum est, idque omnibus probe notum, sic insignis ille Societatis auctor crebris Constitutionum locis decrevit, sequendam in unaquaque disciplina doctrinam solidam et securam, atque etiam *securiorem et magis approbatam* (Const. p. IV, c. V, § 4): quod pluries redit ipsum per decreta et jussu tum Praepositorum tum Praepositorum rite affirmatum. Hoc autem amplius ille praecepit, ut doctrina, quam sequeretur Societas, una eademque esset apud omnes atque in omni munerum perfunctione. *Idem sapiamus, idem, quoad ejus fieri possit, dicamus omnes, juxta Apostolum. Doctrinae igitur differentes non admittantur, nec verbo in concionibus vel lectionibus publicis, nec scriptis libris* (Ib. p. III, c. I, § 18); item: *Patres deputati ex variis nationibus pro libro de ratione studiorum recognoscendo, quum de delectu opinionum primo loco tractandum censuissent, ac tamquam fundamentum proposuissent doctrinam Societatis esse debere uniformem, securam et solidam, juxta Constitutiones...* (Congr. V. decret. 56). Quae quidem uniformis doctrinae praeceptio non eo circumscribi putanda est, ut sententias tantummodo quae sunt in scholis communes rescipiat, verum etiam ad opiniones latius pertinere de quibus catholicos inter doctores minus conveniat: *In opinionibus etiam in quibus catholici doctores variant inter se vel contrarii sunt, ut conformitas in Societate sit curandum est* (Const. p. III, c. I, decl. O). Quando enim e lege *unius scriptoris doctrina in Societate eligenda est* (Const. p. VIII, c. I, lett. K; Congr. V, decret. 56); ideo per se apparet, opiniones item disputatas et disputabiles eo ipso praescripto contineri, quum in sententiis communibus, quocumque demum praeunte auctore, nihil de ipsa doctrina accidat immutatum. Haec vero legifer Pater, provida mente et sancta ad altiora quaedam direxit, ut con-

junctioni concordiaeque et universae quasi corporis Societatis et varia inter ejus membra prospiceret: quae virtutes quanto magis necessariae sunt ad religiosi fervorem spiritus nutriendum ubertatemque salutarium fructuum gignendam, tanto facilius in varietate opinionum languent atque intereunt, quum dissimilitudo sentiendi disjunctionem saepius faciat animorum: *Juvat ad unionem membrorum hujus Societatis inter se et cum suo capite... eadem doctrina* (Const. p. X, § 9). Ad eum igitur assequendum concordiae et caritatis modum quem Societati praestituerat, optime vidit Ignatius Pater haudquaquam satis esse vulgatam probatamque regulam, opiniones dispares tolerandas, secundum illud, *in dubiis libertas*, sed necessarium opiniones tales minime haberi in Societate, easque praecise ab ipsa prohibuit.—Ne cui vero hoc de uniformi doctrina praeceptum saperet durius, idem caute consuluit, ut sodalis quisque, priusquam sese votorum religione obstringeret, rogaretur, *Num paratus sit ad iudicium suum submitendum, sentiendumque ut fuerit constitutum in Societate* (Exam. c. III, § 11); quo modo jam tum optio datur ejus rei eligendae quae, ex lege deinde imposita, vix tolerabilis possit videri.

Itaque longe alienum fuerit a natura scriptisque legibus Societatis, ut quis in ea talem opinandi facultatem exposcat, quali extra eam plerique potiantur. Quamvis enim de opinionibus ageretur valde probabilibus atque doctos nactis patronos, quae tamen doctrinae refragentur praescriptae, eas qui sequeretur, reprehensionem quidem vitarent novitatis, temeritatis, erroris, at vero ab una illa eademque doctrinae forma tantopere desiderata et commendata, prorsus discederent. Idque deterius fieret, si ejusmodi libera opinionis copia ad eadem doctrinae capita advocaretur quae Societas in Constitutionibus atque in elenchis per summos Praepositos, mandatu Congregationum generalium, confectis, jam aperte jussit ab universis admittenda esse vel improbanda; quae libertas in licentiam et culpam descisceret. Hoc legifer Pater tamquam fundamento in Societate posito, quo praeterea iudicio excel-

lebat, certam ipse unam delegit formam doctrinae, quam, utpote maxime omnium integram et eminentem, consensione sapientum et diuturno usu comprobata, prae ceteris ab Ecclesia laudatam, bene potuit filiis suis praescribere, eorum mentibus non modo vim afferens nullam, sed immo pabulum exhibens incorruptum et salutare; eaque fuit doctrina S. Thomae Aquinatis: *In Theologia legetur... doctrina scholastica Divi Thomae* (Const. p. IV, c. XIV, § 1). Fatendum sane est sanctum Fundatorem, salvo quidem de uniformi doctrina praecepto, ejusque rei causa doctrina Angelici anteposita, attamen, ut patet ex multis locis Constitutionum, suavi quadam prudentia reliquisse posteris facultatem designandae doctrinae, quam et tempus et ipsa rerum tractatio Societati aptiorem esse monerent; aequae vero fatendum, eadem posteros facultate jamdiu esse usos, atque laudatissime usos, quo plane modo decebat tanti patris filios, ejus animi et virtutis heredes. Etenim in Congregatione V, generali commemorantes patres monita Constitutionum, *unius scriptoris doctrinam eligendam esse*, unanimi consensu statuerunt, *doctrinam S. Thomae in theologia scholastica tamquam solidiorem, securiorem magis approbatam et consentaneam Constitutionibus sequendam esse* (Congr. V, decr. 41), cui decreto quo plus firmitatis accederet, haec addita voluerunt: *Nostri omnino S. Thomam ut proprium doctorem habeant*, eoque amplius ut *nullus ad docendum theologiam assumatur, qui non sit vere S. Thomae doctrinae studiosus; qui vero ab eo sunt alieni, omnino removeantur* (Ib. decr. 56). Quae omnia, tam considerate et prudenter consulta, potius quam diuturnitate exoleverint aut defluerint, frequenter sunt singulatimque confirmata, in Congregatione praesertim XXIII, peculiari quodam decreto edito; quod quidem decretum, quum Nobis primum exhibitum est, XIV cal. dec. an. MDCCCLXXXIII, commendatione Nostra dignum habuimus, eique haec volenti animo adscripsimus: *Decretum de retinenda S. Thomae Aquinatis in scholis Societatis Jesu doctrina, quod in conventu magno Ordinis nuper habito renovatum est, valde Nobis*

probatum, et maxime hortamur ut diligentissime in posterum ab omnibus servetur.

Qui porro Societatis praescriptiones de studiis perpenderit, ei perspicuum erit, doctrinam S. Thomae etiam in philosophicis, non in theologicis tantum, esse omnino sequendam. Licet enim ex regula sequendus sit in philosophia Aristoteles, philosophia S. Thomae nihil demum alia est atque aristotelea: hanc nempe Angelicus scientissime omnium interpretatus est, hanc erroribus, scriptori ethnico facile excidentibus, emendatam, christianam fecit, hac ipsemet usus est in exponenda et vindicanda catholica veritate. Hoc ipsum numeratur inter summa beneficia, quae magno Aquinati debet Ecclesia, quod christianam theologiam cum peripatetica philosophia jam tum dominante tam belle sociaverit, ut Aristotelem Christo militantem jam non adversarium habeamus (Card. Sfortia Pallavicini, *Vindicationes Soc. Jesu*, c. 24). Neque vero aliter ab eo fieri poterat, qui doctorum theologiae scholasticae extitit princeps: nam, quod omnes norunt, haec disciplina ejusmodi est, quae fontes adeat quidem proprios, doctrinas nimirum divinitus revelatas, ex eisque in rem suam omni religione et studio derivet, sed operam quoque multam adhibeat sibi philosophiae tamquam optime adjutricis, ad fidem ipsam sive tuendam sive illustrandam. Quotquot igitur Aristotelem cogitant debentque tuta via sectari, philosophiam Aquinatis amplectantur oportet: idque eo magis quod in Societate philosophiam praeceptores ita interpretari jubentur, *ut verae theologiae scholasticae, quam commendant Constitutiones, ancillari et subservire faciant* (Congr. III, can. 8), atque idcirco Aristoteleae institutionis ratio praeoptata est, quia eidem proposito melius visa sit respondere: *Quum Societas philosophiam Aristotelis, tamquam theologiae magis utilem amplexa sit, illi inhaerendum omnino est* (Congr. XVI, decr. 36). Philosophia vero quam Societatis alumni profiteantur, nisi sit ad mentem et rationem Angelici, nequaquam subservire poterit theologiae ejus scholasticae, quam omnes reapse tenentur sequi. Quod illi in primis sibi dictum

habeant qui, Aristotelis interpretes vel catholicos in varias dissimilesque opiniones quum videant discedentes, integrum sibi fortasse putent quam velint opinionem assumere, nihil fere laborantes quid senserit Thomas: hoc enim ipso, ut palam est, etiam in theologia ab illo recederent, ob eandemque causam ab ipso deficerent *doctrina uniformi* quam legifer Pater constantissime jussit habendam. Quapropter consilio bene laudabili actum est a Congregatione XXIII, quae non ita multo post editas a nobis litteras encyclicas *Aeterni Patris* convenit, hoc etiam scripto capite: *Societas Jesu plenissimum filialis obedientiae atque assensus obsequium* (eis encyclicis litteris) *solemni ac publico testimonio manifestandum sibi esse judicavit* (Congr. XXIII, decr. 15; eo autem totae spectabant litterae Nostrae ut S. Thomae philosophia in scholis omnibus restituta vigeret.

Neque tamen Nobis sententia est derogari quidquam de praeclaris scriptorum meritis quos Societas per aetates eduxit: isthaec immo domestica gloria retinenda conservandaque ita est, ut omnes, sodales maxime Societatis, *magni faciant et diligenter consulant probatos illos et eximios Societatis doctores quorum laus in Ecclesia est* (Ib. decr. 18). Nam virtute ut erant atque ingenio eximii, data studiosissime opera scriptis Angelici certis locis sententiam ejus copiose luculenterque exposuerunt, doctrinam optima eruditionis suppellectile ornaverunt, multa inde acute utiliterque ad errores refellendos novos concluderunt, iis praeterea adjectis quaecumque ab Ecclesia sunt deinceps in eodem genere vel amplius declarata vel pressius decreta; quorum solertiae fructus nemo quidem sine jactura neglexerit. At maxime vero cavendum ne forte, ex opinione qua illi floreant eximii auctores ex ipsoque studio quod impendatur eorum scriptis, potius quam adjuncta, ut propositum recte est, ad veram colendam S. Thomae doctrinam suppeditentur, aliquid oriatur quod uniformi doctrinae officiat: haec enim nullo pacto speranda erit, nisi Societatis alumni auctori adhaereant uni, ei scilicet jam probato, de quo uno praeceptum, *sequatur S.*

Thomam, eumque uti proprium doctorem habeant. Ex quo illud consequitur ut, si qua re ii ipsi auctores quos laudavimus a documentis magistri communis dissideant, nihil tunc ambigendum quae recta sit via; eamque non difficile erit tenere, propterea quod, in Documentis quae certo sunt S. Thomae, non ita fiet facile ut scriptores Societatis ab illo omnes dissentiant. Quare satis fuerit, prout postulent quaestiones, si ex illis autoribus deligant qui cum eodem consentiant, una opera duplicem capientes utilitatem, sequi se posse Doctorem Angelicum et optimos Societatis auctores.

Nemo autem inducat in animum licere sibi illis promiscue opinionibus uti, quas forte deprehenderit in libris scriptorum Societatis eisque de moderatorum permissu editis. Praeter enim quam quod ex istis non pauci editi sunt antequam certas de studiis leges Societas constituisset, ejusmodi libertati numquam summi Praepositi non restiterunt, hoc praeterea frequenter aperteque, etiam sub haec tempora, testati, in quibusdam librorum censoribus et diligentiae plus et severitatis fuisse optandum (Ex litteris P. C. Aquaviva an. 1623, *de observanda ratione studiorum deque doctrina S. Thomae*: ex Ordinatione P. F. Piccolomini *pro studiis superioribus*, an. 1651: ex Ordinatio. P. P. Beckx, an. 1858). In quo non equidem sumus nescii, quibusdam ex locis Constitutionum aliquid veniae datum videri, atque etiam plane hoc esse affirmatum, doctrinae S. Thomae non ita Societatem habendam esse adstrictam ut *nulla prorsus in re ab eo recedere liceat* (Cong. v. decr. 59). Verum qui eosdem inter se Constitutionum locos conferat diligenter, facile intelliget, tantum abesse ut ea ipsa exceptione quidquam de legibus positis derogetur ut eadem potius firmiter consistant. Quaedam enimvero libera datur facultas, primo, *si quando vel ambigua fuerit S. Thomae sententia, vel in iis quaestionibus, quas S. Thomas non attingit* (Ib decr. 41); in quibus ergo quaestionibus ab illo tractatis sententia ejus dilucida emergat, ne in istis quidem liberum est ab eo ipso deflectere.—Hic tamen illas revocare juverit plenas iudicii cautiones, a P. C. Aquaviva datas:

Neque vero satis est binis vel ternis locis uti sparsim collectis, et per consequentias aut inconvenientia, vel cum violentia adductis; quasi credendum sit eam esse opinionem Sancti Viri, quia illa quomodocumque innuit aliud agens in illis locis. Verum necesse est videre quid sentiat, ubi ex professo id agit, et attente expendere quidquam cohaerenter vel dissonanter afferat cum reliquo corpore doctrinae (De soliditate et uniformitate doctrinae, 24 mai 1611); scilicet ne quis vanis artibus persuadeat sibi sententiam Angelici ambiguitati patere. De quaestionibus autem quas ille fortasse non attigit, principia et capita doctrinae ejus penitus cognita sint oportet, ne quae reddantur responsa ullo modo pugnent cum illis; apteque hic faciunt quae censuit ea ipsa Congregatio XXIII serio monendos esse nostros tum theologiae tum philosophiae professores et scholasticos, ne proprio iudicio nimium fidentes novas a se conceptas interpretationes pro vera germanaque S. Thomae doctrina temere aut inconsulte tradant (Decr. 18). Similis videtur libera dari facultas, secundo, in quaestionibus mere philosophicis, aut etiam in us quae ad Scripturas et ad Canones pertinent (Congr. V, decr. 56). Verum ut ceteras mittamus, palam est quaestiones philosophicas, si qua ratione ad theologiam attineant, ab ea dimotas esse facultate; neque adeo multas apud S. Thomam reperire licebit, quas non ille ad theologiam retulerit. In ipsis porro quaestionibus mere philosophicis, duo opportune incidunt admonenda: alterum, ut in rebus alicujus momenti ab Aristotile (Ib. decr. 41) (eademque de causa a S. Thoma) non recedant; ex quo libera cuiquam non erit facultas nisi in rebus parvi aut nullius momenti: alterum, ut sibi interdictum existiment recedere a S. Thoma in praecipuis, et quae tamquam fundamentum sunt aliorum plurium (Ex cit. litt. P. C. Aquaviva, 1611). Illud postremum in quo ab eo ipso magistro non temere sit dissentire, quum videlicet aliqua doctrinae forma, sententiae ejus contraria, in catholicis academus fere sit recepta (Congr. V. decr. 41), neque est commemorandum quidem: namque acadêmiae tales aetate nostra numerantur pau-

cae, nec ulla prope in eis, si huic Apostolicae Sedi audiant dicto, obtinere potest doctrina quae adversetur Angelico, cuius immo vestigiis se omnes, ut debent, insistere profitentur. Satius fuerit auream sententiam excitare, quae ea ipsa jussa ad exitum roborantur: *Ceterum ne forte ex us, quae dicta sunt,umat aliquis occasionem S. Thomae doctrinam facile deserendi, praescribendum videtur, ut nullus ad docendum theologiam assumatur, qui non sit vere S. Thomae doctrinae studiosus; qui vere ab eo sunt alieni, omnino removeantur. Nam qui ex animo S. Thomae fuerint addicti, certum erit, eos ab eo non recessuros, nisi gravate admodum et rarissime (Congr. V, decret. 56).* Utraque haec probe expendenda conditio. Si enim non id liceat nisi *gravate admodum*, nemo sane facere ausit probabili tantum causa, sed gravissima adductus, ipsasque inter opiniones probabiles maluerit esse cum S. Thoma, ut eam assequatur doctrinam et *uniformem* et *securam* quae dicta est. Quod vero non id liceat nisi *rarissime*, hoc si recte ex sua sententia accipiatur, ita nimirum ut non ad omnes universe spectet, sed ad opiniones inter doctores catholicos agitas restrictisque eis modis quos paulo supra notavimus, non accidet sane ut quispiam a doctrina S. Thomae recedat, nisi *in una vel altera conclusione, non alicujus momenti, nequaquam vero, in praecipuis et quae tamquam fundamentum sunt multorum plurium.*

Quam exposuimus studiorum rationem de doctrinae delectu habendo, ea plane est quam Societas Jesu, ad praescripta legiferi Patris, alumnis suis omnibus praefinivit, eo consilio ut quam maxime idonei instituantur ad gloriam divinam augendam, utilitatesque procurandas Ecclesiae et proximorum, neque minus ut consulant suo ipsorum profectui. Quae quidem ratio tam aequa visa est Nobis atque opportuna ut, etiamsi per Societatis leges praecepta non esset, eam Nosmetipsi praecepissemus; id quod pro auctoritate Nostra Apostolica in praesentia facimus atque edicimus. Hoc tamen et laetitiam affert et auget spem, qua, quum alumnos Societatis Jesu in partem operae quam urgemus, instaurandae S.

Thomae philosophiae, adsciverimus, nihil praeterea opus sit nisi ut eos ad instituta disciplinae suae custodienda adhortemur. Quod si praescriptis hisce Nostris iidem Societatis alumni religiose debent omnes diligenterque parere, religiosius dedent ac diligentius, tum magistri, conformanda ad ea juventute quam docent, tum studiorum praefecti, vigilando et curando ut integra ea ipsa valeant et observentur. Hoc autem ex conscientia officii singulariter praestabunt moderatores, quorum est sodales ad magisteria diligere: neque dubitent sese in ipsa auctoritate Nostra tueri, ut quos obtemperanti ingenio viderint et studiosos doctrinae S. Thomae, eos merito foveant provehantque, quos vero ad illam noverint minus propensos, eos a magisteriis, respectu hominum nullo, submoveant. Ita in pontificia Universitate Gregoriana, quae fere est in conspectu Nostro, in quam cogitationes et curas non leves contulimus, laetamur optatis jussisque Nostris satis admodum esse factum, eamque videmus propterea et magna frequentia alumnorum et doctrinae fama rectae solidaeque florentem. Fructus iidem tam praestabiles desiderandi quidem non erunt, ubicumque doctrina impertiatur ab iis quos eadem mens agat, eadem aluerint studia.

Ad ultimum quo praescripta Nostra firmiter permaneat et melius ampliusque succedant, decernimus, ut haec Apostolicae litterae in forma Brevis datae, in universa Societate Jesu sint et ab omnibus habeantur tamquam definita ac perpetua lex de doctrinarum delectu: ut ad caetera pontificia documenta, quibus complentur instituta ejusdem Societatis, adjungantur, atque tamquam certa consulantur norma, si quae incidant de recta studiorum ratione cognoscenda quaestiones: ut ipsarum exemplaria sodalibus quotquot sunt eruntve moderatores, vel studiorum praefecti, vel magistri rei theologicae aut philosophicae, vel librorum censores, singulis singula tradantur; ut eadem, statim ut allatae erunt, itemque quotannis in instauratione studiorum, in collegiis omnibus vel domiciliis Societatis ubi philosophiae vel theologiae studia coluntur, publice ad mensam legantur.

Jamvero quae litteris hisce Nostris declaravimus et statuimus, ea omnia rata firmaque in omne tempus permaneant, irritum autem et inane futurum edicimus, si quid super his a quoquam contingerint attentari: contrariis nihil obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris, die XXX Decembris MDCCCXCII, Pontificatus Nostri anno decimoquinto.

S. CARD. VANNUTELLI.

SECRETARÍA DE CÁMARA

Circular

Recordamos á los Sres. Párrocos y encargados de parroquias el mandato de nuestro Santísimo Padre Leon XIII, en su Encíclica de 20 de Noviembre de 1890, respecto á la colecta que en todas las iglesias del orbe católico debe de hacerse en el día solemne de la Epifanía del Señor, para la abolición de la esclavitud.

Como en años anteriores se remitirán á esta Secretaría de Cámara las limosnas recaudadas en la diócesis, para enviarlas oportunamente á su destino.

Salamanca 31 de Diciembre de 1898.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,
Secretario.

Otra

SOBRE PLANTACIONES DE ÁRBOLES

Insistimos, por encargo del Rmo. Prelado, en recordar al respetable Clero parroquial del Obispado el cumplimiento de las recomendaciones estampadas en este BOLETÍN, sobre

la plantación de arbolados en los atrios de las iglesias y los huertos ó terrenos de las casas rectorales.

Con tanto más encarecimiento se reitera este encargo, cuanto que S. E. ha podido observar, al practicar la Santa Pastoral Visita, los beneficios reportados con semejantes plantaciones, donde se han hecho, y tiene sumo interés en que se realicen igualmente en todos los pueblos de la diócesis. Procuren, pues, los Sres. Párrocos aprovechar el tiempo más á propósito para el fin á que se dirige esta Circular.

Salamanca 31 de Diciembre de 1898.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA.

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA

Sección 5.^a — Negociado 1.^o

EXCMO. SEÑOR:

Habiendo llegado á noticia de este Ministerio que en algunas diócesis se desconoce el texto de la Real orden concordada de 14 de Febrero de 1891, que recayó en un expediente de provisión de una Canongía en la Santa Iglesia Catedral de Guadix y que constituye regla general; S. M. el Rey (que Dios guarde), y en su nombre la Reina Regente del Reino, ha dispuesto se publique oficialmente, á fin de que no haya duda en punto tan importante para la aplicación del Real Decreto concordado de 6 de Diciembre de 1888.

En aquella fecha, de acuerdo con el M. Rvdo. Nuncio Apostólico, se resolvió como regla general:

1.^o Que toda Canongía ó Beneficio, provisto por oposición, debe proveerse siempre en la misma forma con arreglo al Real Decreto concordado de 6 de Diciembre de 1888, cualquiera que sea la razón porque vaque.

2.º Que el pase de un Canónigo de gracia á Canongía de oficio, se considere como traslación.

Lo que de Real orden participo á V. I. para su conocimiento y fines indicados.

Dios guarde á V. I. muchos años. Madrid 19 de Diciembre de 1898.

ALEJANDRO GROIZARD.

Sr. Obispo de Salamanca.

COLLATIO MORALIS PRO MENSE JANUARI

QUÆSTIO DOCTRINALIS

Utrum aliquis debeat restituere quod non abstulit?—D.
Th. 2-2.æ, q. LXII, a. 4.

CASUS CONSCIENTIÆ

Antonius et Bonifacius qui ex hæreditate bona possidebant immobilia, sed gravata censibus perpetuis aliisque piis legatis, a talibus præstationibus liberari statuerunt, quare, non ad potestatem ecclesiasticam, sed ad demanium recurrunr, eique capitale tradunt ope schedularum debiti publici eas computando justa earum valorem nominalem, quin defectum suppleant, etsi valor nominalis plurimum a vero distet. Porro, Antonius sciebat hoc esse prohibitum; Bonifacius vero credebat idem esse apud unam vel apud alteram potestatem rem peragere.

Judica Antonium et Bonifacium justa doctrinam Ecclesie in casu.

DE RE LITURGICA

Si ex fundatione testatorum Missae de Requiem incidant in festum duplex, vel in aliam diem impeditam, quid agen-

dum? Quot et quae orationes dicendae in Missis solemnibus defunctorum? Si in die obitus vel in 3.^o, 7.^o, 30, lecta Missa celebretur, dicitur una vel plures orationes? In Missis privatis, quot orationes dici debent? Possunt dici plures quam tres? Quae oratio dicenda est prima, et quae ultima.

ÓRDENES SAGRADAS

Las han recibido últimamente de manos del Rmo. Prelado diocesano, en la capilla de su Palacio, los señores siguientes:

PRIMA CLERICAL TONSURA

Les fué conferida el día 9 de Diciembre, sábado de la segunda Dominica de Adviento, á

Don Manuel Álvarez Martín	} <i>Diocesanos.</i>
„ Isaac García del Pozo	
„ Lorenzo Maestre Marcos	
„ Porfirio Martín Hernández	

En el mismo día recibieron la Prima Tonsura, y al siguiente, 10 de Diciembre, las Órdenes Menores:

Don Baldomero Hernández Quintano	} <i>Diocesanos.</i>
„ Manuel Vicente Martín	
„ Lázaro Vaquero Velasco	
„ Eulalio García García	
„ Francisco Bautista Zaballos	
„ Angel Moro Franco	
„ Daniel Martín Herrero	
„ Claudino Hernández Gorjón	
„ Alejandro Flores Boyero	
„ Pedro González Hernández	
„ Faustino García Hernández	
„ Juan Almaraz Alonso	
„ Blas Martín Cuadrado	
„ Patricio Martín Hernández	
„ José Ramos y Ramos	
„ Benjamín Casas García	

Don Ignacio Larrarte }
" Francisco Alcibar }
" Víctor Garitaonandía } *Extradiocesanos.*
" Guillermo Duralde }
" Antonio Irure }
" Ruperto Egaña }
" José López Rodríguez }

Fray José Gonzalo }
" Roberto Redal }
" Jerónimo Nachón }
" Manuel Montoto } *Religiosos profesos Dominicos.*
" Benito Riera }
" Pedro Piquero }
" Luis González }
" Zacarías del Valle }
" Felipe Valle }

ÓRDENES MENORES

Las recibieron en el indicado día:

Don Eloy Usallán Martín }
" Ángel García Hernández } *Diocesanos.*
" Manuel Andrés Ramos }

" Hernán Martín Robles }
" Agustín Romero González } *Extradiocesanos.*

SUBDIACONADO

Fueron promovidos á este sagrado orden, en el día 27 de Diciembre, sábado de las Témperas de Adviento:

Don Juan Aparicio Sánchez }
" Francisco Terrero Riesco } *Diocesanos.*
" Florencio Gil Regalado }

" Juan Torrijos } *Extradiocesano.*

Fray José Gonzalo	}	<i>Religiosos Dominicanos del convento de San Esteban.</i>
" Roberto Redal		
" Jerónimo Nachón		
" Manuel Montoto		
" Benito Riera		
" Pedro Piquero		
" Luis González		
" Zacarías del Valle		
" Felipe Valle		

DIACONADO

Lo recibieron los señores:

Don José Sánchez Bustos	}	<i>Diocesanos.</i>
" Guillermo Pérez Hernández		
" Amador Martín García		
" Santiago Blázquez García		
" Valentín González Gómez		
" José Manuel Iglesias García		
" Sebastián García Boyero		
" Lorenzo Rodríguez y Rodríguez		
Don Agapito Martínez Pérez	}	<i>Extradiocesanos.</i>
" Agustín Rodríguez Mostaza		
" Rafael García Tuñón		
" Gregorio Petit	}	<i>Del Colegio de Nobles Irlandeses.</i>
Fray Francisco Pantiga		
" Valentín Castañón		
" Agustín Castellanos		
" Froilán Casquero		

PRESBITERADO

Don Antonio de la Puente Campano	}	<i>Extradiocesano.</i>
Fray José María Díaz		

BIBLIOGRAFÍA

Sumario de las materias que contiene el núm. 15 de *La Basílica Teresiana*, correspondiente al día 15 de Diciembre de 1898:

I. *Estudios teresianos: Santa Teresa y las Agustinas de Ávila*, Antonio Sánchez Moguel.—II. *El tamboril* (villancico), Francisco G. Campaña.—III. *¿Regionalismo puro?* Mariano Domínguez Berrueta.—IV. *Cronología de la vida de Santa Teresa de Jesús* (conclusión), Fernando García Escribano.—V. *Los guías celestiales*, Antonio García Maceira.—VI. *Voto de la villa de Alba en honor de Santa Teresa*.—VII. *Crónica*.—VIII. *Donativos para las obras de la Basílica de Santa Teresa*.

GRABADOS.—Ávila: Convento de Religiosas Agustinas de Gracia: Pórtico y entrada del convento.—Vista del convento de Gracia, tomada desde el Rastro.—Convento de Gracia (Poniente).

